Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



lebrat annua deuota plebs solennia.
Qui rite mundi gaudia huius caduca
respuens. cum angelis celestibus letus poti
tur premijs. Huius benignus annue
nobis sequi vestigia. huius precatu ser
uulis dimitte noxam criminis. Sit xpe
rex pijssime tibi patrique gloria. cum spiritu
paraclito et nunc et in perpetuum. Amen. V.
Iustus vt pal. In ewangelio ant. Serue bone
et fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra
multa te constituam intra in gaudium domini dei tui.
Misericordiam tuam nobis domine quesumus Oratio.
interueniente beato. N. confessore
tuo atque pontifice clement impende. et
nobis peccatoribus ipsius propiciare suffragi
is. Per. Ad horas laudes. Ad tertiam Capitulum.
Labia sacerdotis custodiunt scientiam et
legem requirunt ex ore eius. quia an
gelus domini exercituum est. Responsorium Gloria et
honore. vt de vno martire. V. Posuisti domine.
Adesto domine supplicationibus nostris Oratio.
quas in sancti. N. confessoris tui atque
pontificis solennitate deferimus. vt qui
nostre iusticie fiduciam non habemus. eius